

Klausur zum universitätsinternen
Latinum
(Anfang Wintersemester 2000/2001)

Cicero erläutert die Vorzüge, die Pompeius für ein militärisches Kommando besonders geeignet erscheinen lassen. Vor allem hebt er das hohe Ansehen hervor, das er bei Freund und Feind genießt.

Et quoniam auctoritas quoque in bellis administrandis atque in imperio
militari multum valet, certe nemini dubium est, quin ea re idem ille imperator
plurimum possit. Vehementer autem pertinere¹ ad bella administranda, quid
hostes, quid socii de imperatoribus nostris existiment, quis ignorat, cum
5 sciamus homines in tantis rebus, ut aut metuant aut contemnant aut oderint
aut ament, opinione non minus et fama quam aliqua ratione certa
commoveri? Quod igitur nomen umquam in orbe terrarum clarius fuit, cuius
res gestae pares? An vero² ullam usquam esse oram³ tam desertam putatis,
quo⁴ non illius diei fama pervaserit, cum⁵ universus populus Romanus
10 referto⁶ foro completisque omnibus templis, ex quibus hic locus conspici
potest, unum sibi ad commune omnium gentium bellum Cn. Pompeium
imperatorem depoposcit? Itaque, ut plura non dicam neque aliorum exemplis
confirmem, quantum auctoritas valeat in bello, ab eodem Cn. Pompeo
omnium rerum egregiarum exempla sumantur. Qui quo die⁷ a vobis
15 maritimo bello praepositus est imperator, tanta repente vilitas⁸ ex summa
inopia et caritate rei frumentariae consecuta est unius hominis spe ac
nomine, quantam vix in summa ubertate agrorum diurna pax efficere
potuisset.

¹ vehementer pertinere (*A.c.i., abh. von quis ignorat [Z.4]*) = von großer Bedeutung sein

² An vero = Oder etwa [*Einleitung einer Frage, auf die die Antwort „nein“ erwartet wird*]

³ ora, orae, f. = ferne Gegend

⁴ quo = ut eo

⁵ illius diei fama ..., cum = der Ruhm jenes Tages ..., als [An dem betreffenden Tag war Pompeius ein Kommando mit außerordentlicher Befehlsgewalt zur Bekämpfung des Seeräuberunwesens übertragen worden.]

⁶ refertus, -a, -um = gedrängt voll

⁷ Qui quo die = Eo die, quo is

⁸ tanta vilitas = ein so niedriger Preis